

QUESTIO XI.

Quare soli Petro dicitur: Duc in altum; & non tantum illi, sed etiam sociis mandatur: laxate retia vestra?

70. Carthuf.

Solum perfectiores in altum mysteriorum tendere possunt.

Hugo.

71. Tolet. Gubernator Ecclesia Petrus.

72. Quilibet minister sit in suo ordine.

Victor.

73.

Interlin. D. Thom. Lyran. Bened. Petri.

Theodor. Daniel. 10.

optime ergo Michael non docet per se ipsum immediate Daniele, sed clamat ut Gabriel hoc munus adimpleat, & stet in suo munere comitiss...

Minister faciens suas, faciat, in eis, quo imperat ab alio.

D. Thom.

Lucæ 5. num. 5. Respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxaborere.

VERSIONES.

Ex Hebr. Chald. Præfectus, sive Princeps & Syro. noster, per totam noctem.

Franc. Lucas. Syriacus. Rabbi, tota nocte fatigati sumus, nihilque cepimus: tamen juxta sermonem tuum proiciio rete.

Vatablus, Theophylactus. Per totam noctem laborando nihil cepimus; tuo tamen jussu laxabo rete.

Euthymius. Ad verbum tuum laxabo rete.

D. Anast. Sinait. Propter verbum tuum laxabo rete.

EXPOSITIO.

AD Christi mandatum respondet Petrus magna divinæ Omnipotentia cognitione, & rerum temporalium intelligentia, eximia fide, obedientia, ac prudentia. Præceptor. Ecce cognitio divinæ Omnipotentia. Non solum, ut ait D. Bonaventura, vocat eum Doctorem, sed etiam præceptorem, credens, eum non solum habere scientiam ad docendum, sed etiam potentiam ad faciendum. Et rectè Petrus tali nomine Christum appellat, ut etiam in nomine cohæreret cum Propheta; quia Isaias 55. num. 4. Ecce testem populi dedi eum, ducem, ac præceptorem. Et 30. num. 20. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et ille simpliciter est verus Magister, qui cum doctrina habet potentiam ad faciendum. Franciscus Lucas ex Hebræo, Chaldæo, & Syro, quod pro Præceptore legitur Præfectus rei, & personis, quia Christus Dominus erat datus præfectus ad docendum. Per totam noctem laborantes. Cognitio rerum temporalium in

Jerem. 16. In rebus mundanis labor sine mercede.

Ambros. Theoph. Haymon.

Macarius. Tempus ante Christi ad ventum nos, in quo nil capiebatur.

in quibus nihil aliud est, nisi labor diurnus, & nocturnus absque ulla requie, Jerem. 16. n. 13. Servituti autem alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Et addidit petrus, Nihil cepimus. Qui enim mundo serviunt sine Deo, vacui, & sine ulla mercede sunt. Mystice Per hanc noctem, per quam totam Petrus, & socij laborarunt. D. Amb. l. 3. de virginib. Theoph. Haymon. & S. Macarius apud Corderium, intelligunt tempus ante adventum Christi, in quo, ut ait D. Macarius, nox erat per universam vitam, & ignoratio Dei, quo tempore Prophetæ multum laborantes sermone suo servare non poterant, sed nec Gentilium, qui omnes parvi pisces erant, ac fugiebant. Quando verò Sol justitia illucebat, tunc apostolicum rete laxatum fuit, hoc est, sermones Apostolorum, & magnam hominum prædam adorti sunt. Textus: In verbo tuo laxabo rete; hoc est, juxta verbum tuum, seu tuam passionem, projeciam expansum rete. In quo resplendet maxima fides, spes, obedientia, prudentia, humilitas Petri, & alia multa præclara, ut explico sequenti questione.

QUESTIO XII.

Quam alta, & præclara dixerit Petrus in hac una voce: In verbo tuo laxabo rete?

75. Bonavent.

Magna fides, que credit contra experimentum naturalem.

Maximè resplendet fides in Eucharistia.

76. Idem. Qui sperabat in Deo, magna confectur.

Rafenas. Thren. 3.

PRIMO, Petrus eximiam fidem ostendit. Ait D. Bonavent. quod petrus, dum dicit: In verbo tuo laxabo rete, confectus est fide plenissima. Et hic primò accepit illam magnam promissionem. Ex hoc jam homines eris capiens. Sed in quo fuit hæc plenissima fides quæ tantum promeruit Petrus erat valde peritus arte piscatoria, & optime exploratum habebat, quod per noctem facilius pisces capiuntur quam per diem; nam nocte minus vident insidias. Deinde nocte natant super aquam, die verò ad ima transeunt. Et cum per noctem Petrus in lacu, seu stagno illo nec animum prædiderit piscem; tamen plus fidei tribuit verbo Christi, quam naturalis experientia, & rationi credens, quod multos per diem pisces esset capturus. Et fides, quæ credit supra rationem, & experientiam naturalem, plenissima est, multumque promerens. Ex quo conjice quanta sit nostra fides, qua verè, & realiter credimus Christum in Eucharistia, & nullam ibi esse substantiam panis, cum sensus de accidentibus notis judicent; tamen animosa fides eos subjugat, & ibi nihil aliud esse credit, nisi corpus, & sanguinem Christi.

Secundò Petri spes, quæ ideo perfecta, ut ait D. Bonav. quia habuit confidentiam, non in suis meritis, sed in verbo Dei: & quæ copiosam piscium apprehendit multitudinem; nam qui in Deo fiduciam suam ponit, confidenter sperat, & impetrat. Ita explicat hunc locum D. Paschasius lib. 3. in lamenta. Threnor. 3. n. 20. littera zain. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hac recolens in corde meo, idem sperabo: Ait D. Paschasius, postquam prononit nostrum textum: In verbo tuo laxabo rete; ait: Sic nimirum, & sponsa Christi retro multis querelarum vocibus afflicta, & stribus, mox ut percepit verbi vocem: Duc te, convaluit contra spem, & ad spem rediit: memoratque illius sempiterna vita recreata, pro Sylvestra in Evang. Tom. FF.

preca, inquit, sperabo. Quamvis sponsa in paupertate, afflictioneque sua nimis esset laborans, ut tamen recoluit in corde suo divinum illud verbum, Duc te, statim confidenter sperat.

Tertiò magna Petri obedientia enituit. Nam ubi primò ei dictum fuit à Domino, Laxate retia vestra; sine ulla contestatione, & magna promptitudine mandata exequitur, ut clarius habet Syriac. Projicio rete. Quartò magna Petri declaratur prudentia, Ait, in verbo tuo, non in verbo meo, ut rectè observant D. Ant. Ulyssip. Dom. 5. post Trinit. Hugo, & alij quia quidquid à nobis est faciendum, ut felicem habeat exitum, non in nostro, sed in Christi nomine fiat. Ad Coloss. 3. n. 17. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini J. J. Christi.

Quintò, Eximia humilitas Petri. D. Ambros. in lib. 4. in Luc. O non vacua præsumptio! o humilitas fræuens! Qui nihil ante ceperam, magnam in verbo Domini conclusionem piscium multitudinem. Non hoc humana faciundia opus, sed supernæ vocationis est munus. Ita Ambros. Petri humilitas, qua cognoscit, se labore suo nihil predidisse, Dei tamen verbo multum confidit habere. Dificant prædicatores à Petro, quòd si viderint, sua voce peccatores perterteri, plurimòque corrigi, & magnam populorum turbam ad suas conciones confluere, nihil autem sibi tribuere, sed totum Deo referant, à quo est omne bonum. Et ita ait D. Ant. Ulyssip. citatus: In verbo Christi laxabo rete, qui nihil sibi, sed totum illi tribuit. Ne putet quis de Deo aliqua digna dicere, cum omne humanum colloquium illi sit impar. Eleganter D. Gregor. Magn. lib. 20. moral. c. 20. Pene omne quippe, inquit, quod de Deo dicitur, eo ipso jam indignum est, quo posuit dici, nam ceteris laudi non sufficit obspiciens conscientia, quando sufficit loquens lingua?

Sextò, Dies elucens retro. Idem D. Ambr. citatus. Et ego, Domine, scio, ait, quia nox mihi est, quando non imperas; nemo adhuc nomen suum dedit, adhuc per noctem laboro. Quando in die verbum aberat, per noctem Petrus laboraverat, ubi Dei mandatum omnia illumina non adit, nos, & caligo est: at ubi Dei verbum, ac mandatum illicescit, errorum, ac ignorantia tenebrae dissipantur; & in luce ambulantes multam virtutum omnium capimus, & recipimus fructum. D. Petrus Chrysologus serm. 15. Verbum, in quo Petrus, cum laxat retia, piscium multitudinem cepit, sine quo ignorantia noctem perculit, & nullum fructum pervigil piscator invenit.

Septimò, Magna felicitas Petri. D. Macar. apud Corderium; Cum non sit facile, ait, aliam nem reperire, qui ex temptationibus melior evadat; nisi nocturna præda Petro fuisset elapsa non utique diurnam adeptus esset: nisi Paulus sensibilibus fuisset excæcus, spiritaliter non videret: nisi blasphemica Stephanus calumniam sustinisset, non atique cæcis ipsi aperitis Dominum conspexisset. Szpe ex aliqua bonorum jactura magnum emolumentum reportatur. Quod Petrus per totam noctem nihil predidisset, in magnam ei cedit utilitatem; nam verbo Domini multam piscium copiosam multitudinem die cepit; & quod majus est, tanto miraculo Christi virtutem agnosceit. Ut ad ejus pedes provolurus se peccatorem profiteretur.

Octavò Petri divitiæ ex Dei præsentia. D. Cyrill. Illi verò dicebant se tota quidem nocte laborasse

